

curet quod Rex cum omnibus terris, locis et subditis suis ipsum tractatum et contenta in eo promittat, se solemniter obbligando, et de tractando et tractari faciendo Januenses pro publicis inimicis in qualibet terra et loco suo, ad hec se obbligando solemniter, et si qua terra et locus aliquo forte privilegio speciali exemptus remaneret ab obbligationi generali, procuret quod Rex ipsam teram et locum faciat specialiter obbligari, et si posset obtinere quod contractus firmaretur sacramento Regis et Baronum suorum, promittendo in omnibus e converso pro parte nostra firmando contractum predictum, vel cum hiis vel cum omnibus aliis solemnitatibus et cautellis que viderit oppertere.

De parte 61. De non 28. Non sinceri 14.

---